Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio beatissimi Cypriani et Iustinae mense sep.t Vi. kalendas. octobres

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

& misit spiculatorem cum militib(us) plurimis ut eum conprehenderent. dans ei capitalem sententiam. Tunc duxerunt eum milites a ciuitate non longe iuxta uiam regalem. & ibi eum percusserunt gladio. Tunc quedam matrona religiosa nomine iulia. ueniens ad urbem romam nocte cum seruis suis. & collegit corpus eius. & cum honore magno sepeliuit in eodem loco in predio suo. ut etiam cubiculum sibi construeret iuxta sepulcrum beati martyris hyacinthi. ubi consequuntur bene ficia homines. quia passus est pro nomine domini nostri ihesu christi cui est honor & potestas. in secula seculorum.

EXPL. PAS. amen. SCI HYACINTHI.

INCIPIT PASSIO BEATISSIMI CYPRIANI ET IUSTINAE. MENSE SEPT. VI KAL. OCT.

Inluminatio domini nostri ihesu christi saluatoris de celo facta est & completa est uerbis prophetarum. Omnis que sub celo inluminatus est uerbo dei. & credentes in deum patrem & dominum ihesum & spiritu sancto baptizabantur; Adolebatur autem uirgo iustina. cuius pater erat edusius in ciuitate antiochia. que est iuxta locum qui dicitur dafnis. Haec erat audiens prelium diaconum per suam fenestram. sedens autem audiebat magnalia dei. quemadmodum suscepit hominem dominus saluator noster. & secundum adnuntiationem prophetarum. quomodo de uirgine natus est & magi adorauerunt eum & stelle uisionem. & angelorum clarificationem signorumque & prodigiorum uirtutem. & crucis gratiam. & ex mortuis resurrectionem. & manifestationem ad discipulos. & in celis ascensionem. & ad dexteram patris sedentem. & inmortale eius regnum; Haec autem cum audiret beata uirgo a diacono per fenestram. sancti spiritus inflammationem sufferre non potuit. sed cupiebat facie ad faciem uidere diaconum. & non ferens ardorem spiritus sancti. dixit matri sue; Mater mea audi me tuam filiam; Nihil enim sunt hec que cotidie adoramus; Idola sunt de argento & auro & ferro. & eramento. plumbo. & lapide. & ligno. & de ossibus mortuorum contexta. Quib(us) si aduenerit unus de galileis. antequam incipiat manere uerbo tantum omnes simul conteret. Mater autem eius dixit ad eum. Tace ne forte audiat pater tuus sensum tuum hunc; & ipsa dixit ad matrem suam; Notum tibi sit & meo patri. quia ego christum adoro. Quem per diaconum prelium didici perfecte pluribus diebus audiens per fenestram omnia mirabilia que fecit dominus. Hic uero deus per signum crucis sue semper adest timentibus eum. Dicit enim non est deus alius in quo saluemur. & hec cum dixisset. Abiit in ecclesiam christi ad orationem. Mater autem eius in cubiculo uiro suo omnia narrauit. Diu uero cum uigilarent. uenit eis sopor. & uidit edusius & uxor eius angelorum exercitum. & in medio christum dicentem sibi. Venite ad me. & ego regnum celorum dabo uobis. Mane uero surrexerunt. & stupebant in eis que uiderunt. & tollentes suam filiam. uenerunt ad ecclesiam dei. una cum proelio diacono. & rogabant eum. ut introduceret eos ad episcopum optatum. quod & fecit ipse diaconus. Procedentes autem ad pedes episcopi. obsecrabant. ut acciperent signaculum christi. Episcopus autem non consensit. donec adnuntiauerunt uisionem suam. quomodo eis uisus est christus. Dixerunt uero ei & desiderium uirginis de christo; Edusius uero tondens capud suum & barbam; erat autem sacerdos idolorum; & procidentes ad pedes episcopi acceperunt toti tres signaculum christi; Edusius autem meruit honorem presbyterii. Anno uno & mensib(us) sex. & recessit de seclo. Virgo autem frequenter ibat ad ecclesiam dei; Agladius quidam scolasticus. uidens uirginem frequenter ad ecclesiam. in desiderio eius uenit. & transmittebat uiros ac mulieres petens eam uxorem; Virgo omnibus illis dicebat. Desponsata sum christo celesti sponso; Ipse me custodit inmaculatam usque ad aduentum suum; Agladius autem

congregans multitudinem uirorum. obseruans eam
euntem ad ecclesiam. uolebat per uim rapere eam.
Mulieres uero uel puelle que cum ea erant & clamantes
notum fecerunt in domo eius. & exeuntes cum gladiis
& fustibus fugauerunt omnes. Uirgo uero signum cru
cis faciens sibi in fronte. salua fiebat ab omni temp
tatione. semper frequentans ecclesiam. & uacans oratio
ni. Agladius autem accessit ad cyprianum magum
& promisit ei talenta auri & argenti. ut per maleficia
caperet ei uirginem iustinam; ignorans infelix quia
inuicta est uirtus xpi. Cyprianus autem per suas
magicas artes uocauit demonem. & demon ueniens
dixit ad eum; Quid me uocasti. Dixit ad eum cypri
anus; Amo uirginem de galileis. potes suadere ei
& adducere eam mihi. Demon autem potestatem
nullam habens promisit ei; & cyprianus dixit de
moni; Dic mihi operam tuam & credam tibi quia
adduces mihi uirginem iustinam; Dixit ei demon
Ego desertor factus sum a deo. obediens patri meo;
Ego homines turbaui. angelos de alto traxi; Ego euam
persuasi. & adam paradiso fraudaui. Ego cain docui
ut occideret fratrem suum; Ego persuasi iudeis ut cru
cifigerent xpm; Ego commoui ciuitates muros eli
si. domos effodi & alia multa cum fecerim. non me
uincet uirgo hec. Accipe ergo formeum. & dispge cir
ca domum eius de foris. & ego super ueniens paternum
sensum meum in eam inicam & statim obaudiet
mihi in illa hora. Uirgo namque dei surgens tertia ho
ra noctis reddebat orationem dno deo suo. sensit autem
impetum demonis & signauit se & domum suam sig
no crucis. & despiciebatur ut fugeret demon. & dixit
cum lacrimis uirgo iustina. Ds omnipotens in
genite qui celum extendisti. qui terram fundasti su
per aquas. qui fecisti hominem ad imaginem & simi
litudinem tuam. Tu dne qui fecisti euam de costa
adam immaculate copulari de tua creatura. hos
autem persuasioni serpentis obedientes & morti tra
ditos misertus es. donans remissionem peccatorum
& resurrectionem uite aeterne. Omnis creatura

qua fecisti glorificat te uerum dnm; dne deus te deprecor. adiu
ua me & conforta famulam tuam. & dignam me fac quam
uult temptare aduersarius in hac oratione. & consignans
totum corpus suum signo crucis. & sufflauit demonem.
& recessit demon ab ea. & ueniens ad cyprianum ste
tit ante eum. & dixit ei cyprianus; Dic mihi non addux
isti uirginem. Dixit illi demon; Non me cogas dicere
quod non possum; Uidi autem quoddam signum. & con
tabui. Cyprianus autem deridens eum dimisit. & ite
rum per artem magicam uocauit alterum demonem fortiorem;
similiter autem & hic gloriabatur. & dicebat ad cypria
num; Audiui & tuam iussionem & illius impossibilitatem.
ego emendo & facio uoluntatem tuam; Accipe ergo
hoc formeum. & sparge circa domum eius. & ego uado
& persuadeo ei; Cyprianus autem accipiens fecit sicut
precepit ei demon; Uirgo autem iustina media nocte
surgens. orauit dicens. Media nocte surgebam ad
confitendum tibi super iudicia iustitie tue.
Ds omnium & dns misericordie celestium rerum
& terrestrium dominator. qui diabolum confudis
ti & sacrificium per fidem suscepisti. & dedisti homi
nibus potestatem conculcare inimici uirtutem.
qui danihelem de lacu leonum detraxisti. bel
& draconem occidisti. qui obscurata illuminasti.
& mortua corpora uiuificasti. & mortem confudisti
qui donasti hominibus resurrectionem. non me
despicias pie pater. parce famule tue. & compr
dne & custodi me in castitate. & in sinceritate lampa
dem meam custodi. Ut intrem tecum in requiem.
Immaculate saluator dne. gloria tibi sce dne pater.
& unigenito filio tuo una cum spu sco. Amen.
& consignans se signo crucis in nomine ihu xpi.
& sufflauit in demonem. & reliquid eam. Demon
autem uenit ad cyprianum & stetit coram eo.
& erubescens tabescebat. Dixit ei cyprianus.
Ubi est uirgo ad quam transmisi te. Demon dixit.
Uictus sum timeo dicere. Uidi enim quoddam signum
terribile. & contabui. Cyprianus autem & hunc in
sit eum iri. & iterum per magicas artes uocauit

ipsum diabolum patrem demonum. & dixit ei. Quę est
hęc infirmitas tua. Victa est omnis fortitudo tua ab una
uirgine. Dicit ei diabolus; Ego modo adducam illam tibi
tantum tu paratus sis; Cyprianus autem dixit diabolo.
Dic mihi quid est signum uictorię tuę. Dicit illi diabolus.
Ego uexo eam feri[illegible] & incendam illam. & corpus
eius ad fornicationem. & freneticam eam faciam,
Adducam ei fantasma in media nocte. & parabo eam tibi
ad desiderium corruptionis; Tunc demon ostendit se in
specie uirginis sanctę iustinę uirginis dei. & intrauit. & sedens
supra lectum eius. dixit sanctę uirgini iustinę. Ego hodie
missa sum a deo christo tecum uiuere in castitate. Dic ue-
ro mihi quę est merces certaminis tui pro uirginita-
te [tua]. multum enim te uideo uexatam ab abstinentia;
Sancta uero [uirgo] iustina dixit; merces quidem multa; labor
modicus. Dicit ei demon. Quomodo ergo eua cum
esset in paradiso uirgo. postea repleti sunt & genera-
uerunt filios & repleta est mundus. Deus enim be-
nedixit eos dicens. Crescite & multiplicamini & re-
plete terram. Puto enim si in uirginitate permanse-
rimus. pro nihilo faciemus dei uerbum. & inuidiam in-
cidimus uelud contempnentes domini. & non oboedien-
tes ei; Sancta autem [uirgo] cum audisset. turbata a diabolo.
uolebat exire foras ostium. quia cogitationibus tur-
babatur in corde uehementer; Sensit autem in
semetipsa. quis loquebatur autem ei per spiritum sanctum. is
qui habitabat in ea. & consignans se & orans insuf-
flauit diabolum. & diabolus liquefactus est. sicut
cera a facie ignis. & non comparuit; Sancta autem uir-
go inse rediens post turbationem. statim fugit
ab ea inflammatio carnis. & cępit dicere. Gloria
tibi christe filii dei saluator noster. qui eos qui deprimun-
tur a periculo saluas. & deducis ad lumen seruos
tuos. & ad tuam uoluntatem de aliena uoluntate.
Domine deus meus. non permittas famulam tuam
a maligno satana uinci. non polluat inimicus
serpens immaculatam tuam columbam. sed custo-
di me incontaminatam ad tuam dicionem. Confige
claue a timore tuo carnes meas. & de lege tua mise-
rere mei. Diabolus autem confusus apparuit cypriano,
& dixit illi cyprianus; sicut uideo & tu uictus es; Quem-
admodum uictus es [tu] ab una uirgine christiana. Dic mihi quę est
uictoria eius; Dicit illi diabolus; Dicere tibi non possum;
Vidi autem quoddam signum terribile. & tabui. & statim
discessi dissolutus uelud fumus; Si autem uis discere tibi
uictorię eius uirtutem. iura mihi & dicam tibi; Di-
cit illi cyprianus. per quid tibi iurem. Dicit illi dia-
bolus. Iura mihi per uirtutes meas magnas quę mihi per-
manent non te discedere a me aliquando; Cyprianus
autem dixit. per uirtutes tuas magnas non a te disce-
dam umquam. Diabolus autem fiducialiter dixit.
Vidi signum crucifixi. & statim contabui. & fluxi
sicut cera a facie ignis, Dicit ei cyprianus. Er-
go crucifixus maior te est. Dicit ei diabolus. Etiam
maior est omnium. quia per ipsum missus est deus
mundo; Quęcumque autem [agimus] in ce[illegible]erimus & errare
facimus homines ibi furcellus est crucis
& stimuli ignei infiguntur in eis a tortoribus. & sic
accipiunt sententiam inextinguibilis ignis. in ęternum
cruciandi; Dicit illi cyprianus. Ergo & ego debeo
festinare amicus fieri crucifixi. ut ne talem incur-
ram poenam; Dicit ei ille diabolus. Iurasti
mihi per uirtutes exercitus mei per quas nemo potest
non iurare; Dicit ei cyprianus. Contemno te &
omnes fumigantes uirtutes tuas; Nocte autem hac
cognoui uirtutem christi & orationem uirginis. quomo-
do omnes uos confudit & liquefecit sicut fumus. propter
quod consigno memetipsum & renuntio tibi & de-
moniis tuis. consignans me dicens. Gloria tibi christe filii dei
saluator noster; Tu autem diabole audi me. habeo
christum dominum qui me saluum fecit; Tunc diabolus
discessit confusus; Cyprianus autem uidens ad episcopum
cecidit ad pedes eius dicens; famule dei excelsi cate-
chiza me. & signa me in christianitatem; Beatissimus
autem anthimus episcopus. putans ne forte ecclesiam
uenisset ad in errorem mittere. expulit eum dicens.
sufficiunt tibi cypriane in his qui foris sunt. nihil po-
tes aduersus ecclesiam dei. Inuicta est enim uirtus christi.

Cyprianus dix&. Certus sum quia inuicta est uirtus
xpi. Nocte enim que transiit transmisi principem
demonum & ipsum diabolum ad sanctam uirginem
iustinam. ut qualiqua ratione seducerent eam & cog
noui in spiritibus eius quod per uirtutem crucis & orationis
effugauit eos & ipsum diabolum. propter quod ele
precanti miserere mei & salua animam meam;
Eps uero gratias agens dō benedixit eum. & pmisit
ei dicens ei. festina fili ad coetum di & orationem
sine cessatione redde dō. Cyprianus autem ua
dens in domum suam. omnia idola confre
git. & p totam noctem lugebat dicens; Quomodo
ausus sum apparere in tanti xpi conspectu qui mala
fecerim. quomodo benedicam eum in ore meo.
cum inuocauerim frequenter multos inmundos
demones. & manducauerim de pollutis sacrificiis
horum. & nunc possum inuenire mise
sereremei misericordiam di sustinere; In mag
ne autem die sabbati. uadens ad ecclesiam orauit
dicens. Dne ihu xpe si dignus sum uocari seruus
tuus perfectus da mihi audire p̄ spm̄ scm̄. Ingressus
in ecclesiam suam querebat audire a scis scripturis
uerbum consolationis; & cum in gressus
esset ad limen scē ecclesie qui psallebant & clama
uerunt dicentes. saluum fac seruum tuum spe
rantem in te; & iterum lectio prophete. Ecce intel
legit puer meus. & exaltabitur & glorificabitur nimis;
Iterum in psalmo. Uidisti dne ne sileas. dne ne discedas a me; & iterum apostolus ait. Xps nos redemit
de maledicto legis; & iterum in scō euuangelio dicit;
filius mīs hic perierat & inuentus est; & post hoc cla
mabat diaconus dicens; Procedite catecumini; Cypri
anus autem sedebat; & dixit illi asterius diaconus.
surge & exi cypriane. Dixit ei cyprianus; seruus
factus sum xpi. & foris me mittis. Dixit ei diaconus;
factus es perfectus seruus di. Dixit ei cyprianus;
Uiuit mihi xps qui demones confudit. & uirginem
saluauit. & mei misertus est. quia non exeam nisi
perfectus factus fuero seruus xpi. Diaconus autem.

nunciauit hec epō. Conuocans autem eum eps. & in
terrogans uoluntatem eius. secundum consuetudinem
ecclesie inquirens diligenter omnia. Catecizauit eu.
& sic eum baptizauit; post aliquod autem tempus
factus est diaconus scorum sacramentorum xpi.
& gratia data est illi aduersus demones. & omnes in
firmitates sanabat; Multos autem de gentili errore
conuertens. fecit xpianos; Erat autem & uita eius in
reprehensibilis. & mores sine malitia; Completo
autem anno promotus est in gradum presbiterii.
& permansit sedecim annis in officio presbiterii.
Beatus autem antimus prouidens exitum suum.
conuocat synodum episcoporum. & ordinauit
scm̄ cyprianum epm̄. & statim in xpo migrauit
ad dnm̄; Cyprianus uero eps. scam iustinam uir
ginem promouit in monasterio uirginum abbatis
sam. & constituit eam matrem monasteriorum
uirginum. Multos enim cyprianus inlumina
bat p uerbum di & conuertebat. Augens gregem
xpō; Cum conpleti fuissent p phetici sermones
& que uere a xpō dicte sunt parabole. de illo qui exiuit
seminare semen suum. & quoddam cecidit in terra
secus uiam. quoddam in petrosa. quoddam autem
necabatur a spinis & zizania; & multi circa fidem
offenderunt. & populus dispgebatur; Terreni
autem reges idolorum cultores insanientes saeui
tauerunt psecutionem. aduersus xpianos. ut im
molarent diis; Scs uero cyprianus eps. per epistolas suas.
ecclesias omnes ut paulus apts consolabatur & con
firmabat. & p ciuitates singulas multos conuer
tebat de errore. Malignus autem serpens [illegible]
l & diabolus p suos impios homines suggessit
eutolmio comiti orientis. Quia cyprianus eps
doctor xpianorum ipse destruxit gloriam
deorum nrorum. & omnem orientem seducit
p magicas artes. & cum aliqua uirgine iustina &
non immolare diis. Comis uero iratus. iussit
eos uinculis cum nimia custodia p singulas ciuita
tes deduci. ut peruenirent in damascum ciuitatem.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Cum ergo fuissent ei oblati. Interrogabat eos dicens.
Tu es cyprianus doctor xpianorum qui per malefi
cia multos errare fecisti. & culturam deorum pro
uanitate habuisti. & nunc presumis tibi partem
magicam posse crucifigi? Cyprianus autem di
cit ei. Magum te ipsum dilatus in multa superbia
dum sis in diabolica insania diues. In qua ego fueram
aliquando conuiuatus satana in perditione demo
num. & multos luxoriosos feci. sed saluauit me dominus
per uirginem iustinam. Comes autem dixit. Quo
modo te saluauit? Cyprianus dixit. Dum eam
uellem per demonia. omnes quos inmittebam illa exsuf
flans omnes ad nihilum deducebat. Dum autem
conuersus fuissem. omnes in conuersione mea glori
ficabant deum. Comes hec audiens. iussit eum sus
pendi & ungulari. Beatam uero uirginem iusti
nam crudis neruis cedi. & alapari duobus speculato
ribus. Uirgo autem cum cederetur dicebat. Gloria
tibi xpe qui cum non sim digna. dignata me fecisti
corone tormentorum. Speculatores defecerunt.
& ipsa glorificabat deum. Iterum iussit adduci cy
prianum comes. & uidens eum tacentem dixit.
Cypriane induratus? Dixit ei cyprianus. Infelix
tuum induratum est cor cum sis apostata a deo. In reg
num eius utinam merear dignus fieri. Comes uero
iussit tortores cessare. & cyprianum de eculeo deponi.
& in carcerem mitti. Sanctam uero iustinam in domo cuius
dam matrone nomine terentine iussit esse. Ingressa
uero iustina. Inluminata est domus illa gratia dei.
Post paucos autem dies. iussit comes adduci eos.
Tunc dicit cypriano. Quid seducimini in magicis
causis hominis xpi. quem iudei occiderunt. Di
cit illi cyprianus. Diligentibus deum hec mors non est.
quia ipsa ducit in uitam aeternam. Comes autem
iussit fieri sartaginem ferream. & cum facta
fuisset. precepit in eam mitti picem. adipem. & ceram
& succendi uehementer. & iussit mitti in eam sanctum cy
prianum. & uirginem iustinam. Missi autem cypri
ano. non eum tetigit ignis. Sancta uero iustina cum ue
nisset prope sartaginem inmisit ei timorem dia
bolus & timebat intrare. Dicit illi sanctus cyprianus.
Ueni ancilla xpi ueni mecum. Tu mihi portas celi
aperuisti. & ostendisti mihi uiam xpi. noli timere
que demones uicisti. & eorum principem pro nihilo
habuisti. Non te seducat satanas. Ueni xpi famula
confide in signo saluatoris. per quem mihi salutem
dedisti. Uirgo autem iustina signans frontem suum
ingreditur sartaginem. & facta est in omni refrige
rio uelud sapros hermon. Sanctus uero cyprianus coepit
laudare & dicere. Gloria in excelsis deo & in terra pax
hominibus bone uoluntatis. Gloria tibi xpe qui pro
nobis passus es. & per tuam mortem nostram mortem
exterminasti. & per resurrectionem tuam omnes nos
resuscitasti. Gratias tibi agimus deus patrum nostrorum
suscipe sacrificium nostrum in odorem suauitatis.
Audiens hec comes quia non eos tetigit ignis. dixit.
Uicit magica ars cypriani. Athanasius eius quidam
assessor qui fuerat & sacerdos idolorum postulauit
comitem dicens. Iubeat claritas tua me stare
super sartaginem in nomine deorum. & uincam
uirtutem xpianorum. Comes uero dedit ei quod pe
tiit. Cum uenisset prope sartaginem. coepit
dicere. Magnus es deus hercules. & pater deorum
iouis. & asclepius. qui donant sanitatem hominibus.
Haec eo dicente. exiuit ignis de sartagine & deuo
rauit eum. ut ne ossa eius parerent. Bea
tus autem cyprianus & sancta uirgo iustina. glo
rificabant dominum deum nostrum ihm xpm dicentes.
Magnus dominus & laudabilis nimis. & sapientie
eius non est finis. Audiens hec comes dixit.
Forte inuicta est uirtus xpi. nihil mihi pertinet.
nisi de sacerdote deorum. quia consumpsit eum
ignis. Uocans terentinum cognatum suum.
dixit ei. Dacon, suum quid faciemus de eo unde dem
natis istis. Dicit ei terentinus. Nihil tibi sit eo
mes aduersus sanctos hos. Noli contradicere ueritati.
Non uincuntur xpiani. quia inuicta est uirtus
xpi. Audi me & pice te magnum periculum.

Transmitte eos ad regem referens omnia que de eis
sunt acta. Comes uero retulit dicens. Claudio cesari mag
no terre & maris domino. secundum dispositionem splen
didissimi regni tui. Ego eutolmius suscepi uirtute pie
tatis. comprehenso cypriano doctore xpianorum
cum iustina quadam uirgine quos etiam multis tor
mentis cruciaui. & non consenserunt sacrificare diis.
Hos transmisi ad tuam pietatem ut secundum quod
uolt uestra sententia in illis iudicent. Rex uero le
git scripta quod multas sustinuerint poenas & ea
liberati sunt a cruciatibus. & dedit sententiam aduer
sus eos dicens. Transmittantur in nicomediam ci
uitatem. Cyprianum uero antiochensem ~~ciuitatem~~
& uirginem iustinam canon heresim xpianorum. [quia elegerunt]
& elegerunt magis mortem quam uitam. Hos iu
beo tradi puniendos. Ducti sunt ad fluuium qui uo
catur gallus ut decollarentur. Orauit uero sic cy
prianus. pro cunctis ecclesiis. pro ministris & popu
lo xpiano. & consignauit se signo xpi. fecit ad seruis
suis sanctam uirginem rogans ante se debere consum
mari. Coepit ergo cyprianus gratias agere deo
dicens. Benedictus es qui suscepisti animam ancille
tue. & me peccatorem iube cursum consummare.
Theognitus quidam xpianus peregrinus ueniens
& uidens sanctum cyprianum qui ducitur decollari.
currens osculatus est eum. Feruius quidam cogna
tus regis uidit theognitum osculantem cyprianum
& iratus iussit eum decollari. Consummati
autem in die consummauerunt martyrium
cyprianus. iustina. & theognitus. Feruius uero
iussit corpora eorum canibus proici. Fecerunt
uero corpora dies sex & non tetigerunt ea ulle
bestie. Naute uero fideles & prouintia theog
nitii nocte uenientes cum dormirent. sanctorum corpo
ra furati sunt & leuauerunt in nauem suam. Onus
pretiosum super aurum multum. & nauigauerunt
deniceomen dia ad romanam urbem. ferentes reliquias
cypriani. & iustine uirginis. & theognitii martyru.
Attulerunt pretiosa munera rome. Suscepit autem

hec sanctorum corpora rufina religiosa urbis matrona. de ge
nere claro. In quo loco demoniaci curantur. & uarie in
firmitates accipiunt sanitatem eorum meritis. glori
ficantes patrem & filium & spiritum sanctum. in secula seculorum. amen.

EXPL. PAS. SCI. CYPRIANI. ET IUSTINAE.

xviii INCIPIT. PASSIO. BEA TISSIMAE MAR. LUCIAE. ET GE MINIANI. MENSE SEPT. DIE XVI [sexta decima]

Imperante diocletiano & maximiano seuiter in urbe
roma. Anno tertio decimo imperii eorum talis
persecutio aduenit. ut nec ciuitas nec uicus non
habitatio remaneret. ubi idolum iouis non erigeretur.
Edicto proposito ut qui inuentus esset nominare
xpm diuersis poenis interficeretur. Erat autem
beatissima martyr lucia permanens in uiduitate
sua annos XXX et sex. Erant autem omnes
anni uite eius septuaginta quinque. Audiens igitur
sancta lucia impium edictum. procidit in orationem
dicens. Eripe me de inimicis meis deus meus. & ab
insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus
iniquitatem. & de uiris sanguinum libera me. [salua]
& dum compleret orationem coepit cogitare de deo.
Erant enim imperatores sedentes in solus suis. Agentes
ea que dei non sunt. poenas proponentes aduersus eos
qui xpm diligunt. Tunc beatissima martyr lu
cia ad filium suum euprepium ait. fili. Ecce tem
pus putatum ad palmam. ecce lux data ad uitam.
Derelinquamus simulacra demonum que perdere pos
sunt. liberare autem non ualent. & adoremus dominum
ihm xpm qui potest & animam & corpus liberare.
Euprepius respondit. Mater dilectissima. ut illum xpm
confitearis qui dicitur flagellis cesus. spinis coronatus.
felle cibatus. aceto potatus. cum latronibus crucifixus.
& ministri sui de seruulis sunt. Cui sancta lucia dixit.
fili. fiat tibi secundum prophetam dicentem. Obscurentur
oculi eorum ne uideant. & dorsum eorum semper incurua.
qui hinc loquens aduersus deum iniquitatem. Tunc
euprepius filius eius cursum arripuit per plateam